

| 216. *Carduus tenuiflorus* Sm. DC. l. c. VI. p. 626. *Carduus pycnocephalus* aut. plur.
— *Hab*: ad vias et in sterilibus apricis omnium insularum.

217. *Cirsium lanceolatum* Scop. DC. l. c. VI. p. 636. — *Hab*: in dumetis ins. Pico.

| 218. *Cichorium Intybus* L. DC. l. c. VII. p. 84. — *Hab*: ad vias, in ruderalis hinc inde.

| 219. *Tolpis barbata* Gärtn. DC. l. c. VII. p. 86. — *Hab*: in collibus et rupibus apricis plurium ins.

| 220. *Tolpis crinita* Lowe l. c. p. 24. Tab. II. DC. ibid. — *Hab*: cum praecedente; spec. nostr. ex ins. Terceira et Fayal. — *Coll.* nr. 91.

| 221. *Tolpis fruticosa* Schrank. DC. l. c. VII. p. 87. — *Hab*: in rupibus maritimis murisque omnium fere insularum e. gr. frequens in monte Bazil ins. Terceira. — *Coll.* nr. 93. — Adest specimen pumilum, vix spithameum, radice crassa carnosa; praeterea a diagnosi speciei foliis integris lineari-lanceolatis vix uno alterove dente instructis recedit; num fortasse *T. lagopodae* Chr. Sm., quacum caule subglabro basi et ad ramificationes dense tomentoso convenit, adscribendum?

| 221.* *Tolpis macrorhiza* DC. ibid. — *Hab*: in ins. azoricis occidentalibus (*Watson*).

| 222. *Tolpis nobilis* (*Hochstetter* msc.) caule erecto flexuoso angulato striato folioso superne paniculato pruinoso-puberulo, foliis ovatis sessilibus glabris margine inciso-dentatis sinibus rotundatis dentibusque subfalcatis uni- v. pluridenticulatis margine revolutis, involucri subfarinosi squamis interioribus apice tomentosis, exterioribus lanceolatis illis dimidio brevioribus. — *Ic*: Tab. nostr. XI. — *Hab*: in saxis et declivibus humidiusculis locorum editiorum ins. Fayal, Flores et Pico. Specimen depictum in monte „Pic de Pico“ alt. circ. 3000' d. 18. Iul. ineunte anthesi lectum est. —

Planta speciosa 2—2½ pedalis, foliis radicalibus terrae appressis, caulinis sensim decrescentibus. Flores maximi generis, ligulis involucrum fere duplo superantibus latis flavis. Pappus 16—20setosus.

| 223. *Thrinchia nudicaulis* Lowe l. c. p. 28. DC. l. c. VII. p. 100. — *Ic*: Tab. nostr. XII. fig. 1. — 1.a. Achenium radii cum pappo coroniformi. — 1.b. Achenium disci cum pappo.

| 224. *Hypochaeris glabra* L. DC. l. c. VII. p. 90. — *Hab*: ad vias, in hortorum reiectamentis omnium ins. — *Coll.* nr. 90.

| 224.a. *γ. minima* DC. ibid. *H. minima* Cyr. — *Hab*: cum praecedente.

| 225. *Urospermum picroides* Desf. DC. l. c. VII. p. 116. — *Hab*: in campis et collibus apricis ins. fere omnium. — *Coll.* nr. 96.

| 226. *Microderis rigens* DC. l. c. VII. p. 128. *Crepis rigens* Ait. — *Hab*: in insulis azoricis (*Masson*, *Watson*).

| 227. *Microderis umbellata* (*Hochstetter* msc.) foliis ovato-lanceolatis dentatis basi spatulata integerrima in petiolum decurrentibus pilis apice bifurcis utrinque parcius setosis margineque ciliatis, scapo sulcato striato parcius hispidulo monophyllo furcato, pedunculis subumbellato-congestis, bracteis filiformibus fultis, involucris glabris. — *Ic*: Tab. nostr. XII. fig. 2.—2.a. Achenium cum pappo. — *Hab*: in dumetis montis „Pic de Pico“ supra Villa Magdalena. — Cum praecedente, quam non ipse vidi, foliorum forma convenit, sed floribus umbellato-conge-

Festuca ovina L.

